

este estado: diré, no obstante, que los que tengan por igualmente probable que incurren en irregularidad los que estando obligados de justicia y, pudiendo, no impiden el homicidio, éstos, en mi concepto, deben llevar la opinión de Reiffenstuel.

La razón es, porque es excepción del derecho, respecto del homicidio, que cuando éste ciertamente se siguió, el que *duda* si fué causa de él, incurre en irregularidad; pero los que tengan por notablemente más probable que los que estando obligados de justicia á evitar el homicidio, y pudiendo no lo impiden, por esta sola razón no incurren en irregularidad, si por otra parte no influyen de modo alguno positivo en la muerte, éstos pueden lícitamente conformarse con esta opinión. Cada uno examine las razones de la una y de la otra opinión, y abraza la que su conciencia le dicte. Yo no inquietaría al que con buena fe abrazase cualquiera de ellas.

3367. P. ¿Quiénes pueden dispensar de la irregularidad que nace del homicidio voluntario?

R. Véase á los Salmaticenses, en el tract. X, *De censuris*, cap. 8, núm. 17, y á San Ligorio (libro 7, números 355 y 396); si bien San Ligorio, en cuanto al homicidio público y al voluntario, no conviene en un todo con los Salmaticenses, como puede verse en el núm. 396, al fin. (Véase la nota al núm. 3344.)

3368. También incurre en irregularidad el que quitó injustamente un miembro á otra persona: los autores no convienen entre sí sobre qué se entienda por nombre de *miembro*. Voy á transcribir las palabras de San Ligorio sobre esta materia, las cuales están tomadas casi literalmente de los Salmaticenses en el citado cap. 8, números 21 y siguientes. El Santo Doctor (lib. 7, números 399 y 380) dice así:

«Incurritur igitur irregularitas etiam ob mutilationem membri, ut habetur

ex cap. *Significasti de homicid.*, et in Clement. *Si furiosus*, eod. tit. Sed dubitatur 1.º: quid veniat nomine membri? Prima sententia, quam tenent Suarez, Sot. apud Salmant., etc., dicit intelligi non solum oculum, manum, etc., sed etiam nasum, digitos, et auriculam; quia per horum abscissionem jam aufertur (ut ajunt) corporis integritas. Sed *communissime et probabilius* Bonac., Pal., Conc., etc., dicunt nomine membri intelligi tantum partes illas corporis quæ proprium officium habent ab aliis divisum, ut oculus ad videndum, manus ad agendum, pes ad ambulandum, etc. Hinc probabilius dicunt Pal., et Tourn., et Salmant. cum Avil., etc., non incurrere irregularitatem qui amputaret auriculam; quia, ea ablata, non tollitur omne officium audiendi: nec qui dentes evelleret, quia non sunt membra, sed instrumenta maxillarum ad cibos mandendos, ut Bonac., Pal., et Salmant., etc. Et tanto minus qui capillos aut barbam abscinderet. Item nec qui aufert alteri digitum, quisque sit, ut Bonac., Palaus, Salmant., etc., et alii communissime. Nec obstat textus in 6.º cap. *Qui partem*, dist. 55, ubi declaratus fuit irregularis qui sibi ipsi digitum vel partem digiti abscindit; nam respondetur cum Tourn. et Habert. illi non fuisse irregularitatem impositam ob solam mutilationem, sed ob pravam voluntatem, quæ sibi causa fuit (ut ibi dicitur) *ferrum injiciendi*.

3369. «Dubitatur 2.º An sit irregularis qui abscindit testiculos alterius? Negant Bonac., Hurt., Avil., Cornej. ac Salmant., quia (ut dicunt) illi non sunt membrum, sed pars membri. Sed probabilius affirmant Roncag., Pal., Salmant. et Diana (quamvis alias oppositum dixerit), quia testiculi jam propriam operationem habent, nempe, efformandi semen aptum ad generandum (intellige id tamen, si abscissio, injuste fit). Secus vero si unus tantum testiculus

auferatur, quia unus non habet officium ab altero diverso, cum uterque ad eandem operationem concurrat. Fieret vero irregularis, ut recte dicunt Pal., Tourn., Habert., etc., qui mulieri unam mamillam abscinderet, quia unaquæque mamilla proprium officium habet.

«Idem docent Suar. et alii apud Vivam de abscissione dimidiæ manus; sed contradicit Tourn., quia in cap. 2, *De cleric. ægrot.*, qui duos digitos cum medietate palmæ amisit, non dicitur mutilatus, sed debilitatus: communiter autem dicunt Navar., Suar., Salmant., etc., et probabile putat Roncaglia, non esse irregularem qui alterius membrum debilitaret adhuc taliter ut redderet ineptum ad officium suum. Immo etiam si mortuum relinqueret, ut dicunt Pal., Navar., Covar., etc., apud Salmant. Sed huic valde probabiliter contradicunt Suar., Cabas., Concina, et Salmant. cum Cornejo, etc., quia tale membrum, licet secundum apparentiam non sit mutilatum, reipsa tamen ablatum censetur, cum non sit amplius animatum et continuatum cum aliis membris. Unde probabiliter e converso inferunt Salmant., num. 27, non esse irregularem qui tale membrum omnino exsiccatum abscinderet, quia talis non esset mutilatio formalis.»

3370. Se ha de notar que todo lo que se ha dicho de que incurrian en irregularidad los que mandaban, aconsejaban, ayudaban, etc., á cometer un homicidio, tiene el mismo lugar respecto de los que mandan, aconsejan ó ayudan á la mutilación injusta, del modo que se ha explicado; porque, como cualquier miembro del cuerpo vive de la vida del todo, la mutilación puede decirse en cierta manera homicidio, y así tiene adjunta la irregularidad, como está expresada en el derecho canónico: in Clementin. unic. *De homicid.*, cap. 1, *De cleric. pugnant. in duello*.

3371. Se ha de tener presente, en cuanto á la dispensa de la irregularidad, que los Obispos pueden dispensar de aquella que nace de mutilación injusta, si es oculta; porque el Concilio de Trento tan sólo exceptuó el homicidio voluntario, aunque fuese oculto; y por consiguiente, también los prelados regulares pueden dispensar sobre esta irregularidad de la mutilación, puesto que es doctrina corriente que, en orden á irregularidades, pueden dispensar á los religiosos sus súbditos, del mismo modo que el Tridentino, en el cap. *Liceat*, concedió á los Obispos respecto de los suyos; y áun pueden más que los Obispos, como se ha dicho varias veces. (Véase el núm. 3343.)

ARTÍCULO II

De la irregularidad que nace del homicidio ó mutilación casual.

3372. Hablando del homicidio casual, dicen los Salmaticenses (capítulo 8, núm. 29):

«Homicidium casuale illud dicitur, quod præter intentionem et voluntatem occisoris contingit, ut si quis casu absque voluntate et intentione hominem occidat. Quod dupliciter accidere potest. Primo, si nec directe nec indirecte ad talem occisionem concurrat: et tunc, cum omni culpa careat, immunis erit ab hac irregularitate, quæ non nisi ob culpam (gravem) incurritur; ut si carens usu rationis, dormiens, vel amens, vel qui nullo modo prævidit fore ut ex illa actione tale homicidium sequeretur, hominem mutilaret vel occideret, nullus ex his fieret irregularis. Secundo dicitur *casuale* homicidium mixtum ex voluntario et involuntario; ut si quis operam daret actioni ex qua timeret sequendam esse mutilationem aut homicidium; quia ex qua parte actionem exercet ex qua timet probabiliter sequendum, in causa et per

accidens est voluntarium, et sic irregularitatem inducet. Qua ratione erit irregularis qui in amentiam vel furiam incidit, vel somno, vel ebrietati se tradidit, prævidens periculum homicidii inde sequendi, si tale homicidium sequatur, ac debitam diligentiam non adhibuit ad illud præcavendum; à tali vero irregularitate liberatur, vel si non prævidit tale homicidium sequendum esse, vel eo prævisò aut periculo illius, debitam curam apposuit ad illud evitandum (idem dicendum est de mutilatione; et quidquid de homicidio in hoc puncto dicimus, de illa sentiendum est); et hoc quamvis culpabiliter in amentiam vel ebrietatem incidisset: Clement. *Si furiosus, de homicid.*, Covar., Avil., etc.»

3373. Preguntan después los Salmaticenses:

«An sit irregularis qui opus licitum exercet, ex quo timet, vel non timet homicidium sequendum, si de facto tale homicidium sequatur?—Respondetur, quod vel tale opus exercens adhibet sufficientem diligentiam ad præcavendum homicidium quod inde sequi posse timet, et tunc non fiet irregularis, etiamsi casu ex tali opere homicidium sequatur; si vero sufficientem curam non adhibet, fiet irregularis: ita Divus Thomas (2.^a 2.^æ, q. 64, art. 8 ad 3.^{um}), Pal., Cornej., Bonac., et est communis.»

Omito las razones, porque son bastante obvias, puesto que la acción es buena; y en cuanto al daño seguido, ó no fué previsto, ó, si se previó, se hicieron las diligencias debidas para evitarle; esto en cuanto á la primera parte. En cuanto á la segunda parte, consta ex cap. *Presbyterum*, cap. *Ad audientiam, de homicid.*; y además se comprueba por la razón: «Quia si negligenter se habet in præcavendo homicidio quod timet, indirecte vult illud in causa; et sic est illi voluntarium indirecte, quia omisit id quod non omisisse tenebatur. Non autem

requiritur summa et exactissima diligentia, qualem vir *maxime* circumspectus et *diligentissimus* adhibere potest, ut irregularitas evitetur; sed illa satis est qua, *considerata rei qualitate*, vir prudens uti solet:» y añaden los Salmaticenses en el mismo número: «Unde quo major fuerit timor periculi, eo major adhibenda est diligentia ad illud præcavendum, ut ex Cajet. (2.^a 2.^æ, q. 64, art. 8) optime notavit Cornej. Illud certissimum iudicamus, non quamcumque negligentiam in hoc esse sufficientem ad incurrendam irregularitatem, sed illam necessariam esse, et sufficere, quæ ad peccatum mortale est sufficiens: quæ vero ex veniali culpa processerit, non inducet irregularitatem, quia loquimur de illa quæ propter culpam, non ex defectu lenitatis, incurritur; et, cum sit pœna gravissima, non nisi ob culpam gravem incurri potest, ut diximus,» etc. (Núm. 30.)

Los Salmaticenses, en el núm. 31, ponen muchos corolarios que se siguen de esta doctrina, los cuales fácilmente se pueden inferir meditando los principios expuestos por los Salmaticenses. Esta doctrina de los Salmaticenses es la misma que siguió después, casi literalmente, San Ligorio, y lo mismo la que á continuación ponen los Salmaticenses en el número 32, á saber: «Sequitur ex dictis non fieri irregularem medicum peritum, si absque ejus negligentia moritur infirmus; quia rei licitæ incumbit: cap. *Ad aures, de ætate et qualitate ordinandorum*. Idem dicendum est de clericis aut monachis artem medicinæ vel chirurgiæ exercentibus, si absque incisione vel adustione id faciant; quia tales artes exercere modo dicto illis prohibitum non est: at vero si cum incisione et adustione artem chirurgiæ clerici in sacris constituti aut monachi exercerent, et ex tali incisione aut adustione mors sequeretur, fierent irregulares; quia id ipsis expresse prohibitum est sub pœna irre-

gularitatis: cap. *Sententiam sanguinis, ne clerici vel monachi*: tum ob decentiam status; tum etiam, quia tale opus ex se periculosum est, et sic merito sacris ministris prohibitum. Sed hoc cum duplici limitatione intelligendum est. Prima, quod mors infirmi ex tali incisione vel adustione sequatur; si enim aliunde, vel ex vi morbi, ex aliave causa sequatur, non incurrit hanc irregularitatem clericus aut monachus; tametsi in illa actione graviter peccarent contra præceptum Ecclesiæ agendo: Covar., Henrij., Avil., quos refert et sequitur Palaus. Secunda, si clericus vel monachus artis chirurgiæ aut medicinæ esset peritus, et laicus illius artis peritus non adesset qui infirmo congruentem ad suam salutem incisionem aut adustionem adhiberet, posset tunc absque peccato, et consequenter absque irregularitatis periculo, clericus illas exercere; quia opus exerceret charitatis; nec in tali casu Ecclesiam velle privare illo medicamine infirmum, sentiendum est: Avil., Pal., etc.»

Prosiguen en el núm. 33 los Salmaticenses:

«Septimo sequitur, quod qui dat infirmo aliquid bona fide, vel ad levamen, vel ad remedium illius, ex quo mors, aut acceleratio mortis sequitur, irregularis non fit; quia rei licitæ dat operam, nec tenetur infirmum illo levamine privare: Cornej., Bonac., etc. Nec similiter si infirmum revolvat et in aliud latius vertat ut quietem aliquam aut solatium accipiat, fiet irregularis, tametsi inde acceleratio mortis eveniat. Unde religiosi possunt absque scrupulo infirmis inservire, illos hinc inde vertere, et alia officia charitatis erga ipsos exercere.»

3374. La dificultad más grave en esta materia es la cuestión que después promueven los Salmaticenses en el núm. 34, á saber: «An qui dat operam rei illicitæ ex qua mors aut mutilatio alterius sequitur, fiat irre-

gularis?—Ad hoc ut respondeamus, supponendum est bifariam posse rem esse illicitam, ex qua homicidium sequitur: vel quia est prohibita eo quod periculosa est, et ad mortem inducens, qualiter clericis illicitum est torneamenta exercere, venationi ursorum, aprorum, aliarumque ferarum incumbere; quia sunt actiones periculosæ: vel quia prohibita est ex aliis rationibus, non quia periculosa, vel ad mortem, aut damnum alterius corporale inclinans. Dicimus ergo, quod qui dat operam rei illicitæ hoc secundo modo, minime fit irregularis, etiamsi ex illa homicidium sequatur, si tamen sufficientem diligentiam adhibet ad illud præcavendum, ut si aliquis tempore interdicti campanas pulsaret, et casu tintinnabulum caderet et hominem occideret; si monachus contra regulam equitaret, et casu puerum occideret in via; qui alium inducit ut furetur (absque periculo tamen), et forte in furto occiditur; qui equum furatum gerens, casu hominem occidit; qui mandat famulo ut rapiat foeminam ad suam libidinem, magno periculo non imminente, et casu famulus à parentibus occisus est; et aliis similibus casibus. Ratio conclusionis est, quia tale homicidium mere casuale est, et nullo modo voluntarium... Quia non est voluntarium in se, quia non est intentum; nec in sua causa, cum talis actio de se non sit periculosa; nec ratione negligentiae, quia, ut supponimus, adhibita est omnis cura ad tale malum præcavendum: ita Cov., Cornej., Joann. à S. Thoma, etc.»

Después preguntan los Salmaticenses si es irregular el que se ocupa en una obra que es ilícita por ser peligrosa, en el caso de que de ella se siga la muerte; y dicen que Soto, Suárez y otros afirman que siempre se incurre en la irregularidad. «Et ratio illorum est, quia qui vult opus prohibitum quia periculosum, eo ipso indirecte censetur velle effectum inde

sequentum, juxta illud principium juris: *Qui dat causam damni, damnum dedisse videtur*. Unde, quia clericis prohibitum est, quia periculosum, pugnare in bello, exercere torneamenta, mittere bombardam ad arcem aut sagittam vel lanceam, exercitium chirurgiæ incisione vel adustione, venatio aprorum, ursorum, leonum, et aliarum ferarum quæ dentibus aut unguibus vitæ periculum afferre possunt, si clerici aliqua ex his faciant, etiamsi omnem diligentiam aut curam adhibeant ad malum præcavendum, si mors aut mutilatio alicujus sequatur, irregulares fient.»

En el núm. 38 resuelven así los Salmaticenses: «Secunda sententia (quam nos amplectimur) tenet, quod, si opus periculosum, quod prohibitum est, ita est, ex se inductivum illius mali, quod raro exerceri possit quintalem effectum causet (ut est pugnare in bello respectu clericorum, bombardam in arcem mittere), irregularis fiet qui tali operi incumbit, si inde mors aut mutilatio sequatur. Si vero opus prohibitum, quia periculosum ex se, non sit ita inductivum illius effectus quin multoties absque illo exerceri valeat, si adhibeat sufficientem diligentiam ad damnum, quod imminet, evitandum, irregularis non fiet qui tali operi incumbit, etiamsi ex illo mors alicujus eveniat. Sic Henr., Castrop., quos refert et sequitur Palaus, Joannes à Sancto Thoma, etc. Et ratio (per quam solvitur contrariæ sententiæ fundamentum) est, quia talis mors nullo modo est illi voluntaria: non directe, ut supponimus; nec indirecte in causa, quia illa, quam apponit, non est inductiva talis damni proxime; et si aliquam habet ad illud inducendum, per adhibitam diligentiam et curam moraliter et prudenter præcavetur. Ex quo infertur, clericum non esse irregularem si torneamenta exercendo, vel ferarum venationem, alicujus mors contingat; quia tales actiones ex se non sunt in-

ductivæ homicidii, alias non essent licitæ laicis. Unde, quamvis clericus peccet eas exercendo, quia contra præceptum Ecclesiæ agit, irregularitatem tamen non incurrit.»

San Ligorio, en el núm. 387, casi copia á los Salmaticenses, y sigue en un todo su opinión; pero como es materia harto importante, voy á poner las últimas palabras del Santo Doctor, que compendian la resolución de esta cuestión:

«Secunda vero sententia probabilior, quam tenent Pal., Salmant., etc., dicit, quod, si opus sit ita periculosum ut ex eo frequenter mors sequatur (ut esset admovere ignem bombardæ ubi est frequentia hominum, aut pugnare in bello, aut inducere alterum ut temere se exponat periculo mortis, prout probabilius sentit Bonac. cum Suar., Avil., contra aliquos), tunc incurritur irregularitas, quamvis omnis adhibeatur diligentia ne mors sequatur; quia (ut bene ait Contin. Tourn.), cum opus sit de se proxime periculosum, nulla diligentia potest non periculosum fieri. Secus si opus raro sit mortis inductivum, et debita diligentia apponatur ne mors eveniat; quia tunc (ut diximus) homicidium non est voluntarium, neque in se, neque in causa; cum enim opus non sit proxime periculosum, posita diligentia, satis excusatur à malitia homicidii.»

El Santo Doctor, después de dar solución á los argumentos de los textos que oponen los contrarios, en el párrafo siguiente concluye así:

«Ex hac autem secunda sententia inferunt Pal., Laym., Elbel et Salmant. cum aliis, non esse irregularem clericum si, ipso torneamenta vel ferarum venationem exercente, mors alicujus contingeret; quia tales actiones non sunt per se inductivæ homicidii, alias nec etiam laicis essent licitæ; excipe nisi in his vel similibus gravem negligentiam ille commiserit pertingentem ad morta-

le, juxta dicta num. 383, in fine.»

3375. P. El que mata al agresor injusto de su vida, *servato moderamine inculpatae tutelæ*, ¿incurre en irregularidad?

R. Es doctrina corriente y cierta en el día que no incurre en irregularidad: «ex cap. *Significasti* 18, § fin., de homicid., et ex Clement. *Si furiosus*, eod. tit., ubi dicitur: «Et idem (id est, non incurere irregularitatem) de illo censemus, qui, mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat invasorem.» Oponen los contrarios el texto del Tridentino (ses 14, cap. 7), que dice así: «Si vero homicidium non ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, ut quis se a morte defenderet, fuisse commissum narretur..., jure quodammodo dispensatio debetur;» á cuyas palabras dice San Ligorio: «Nam explicant communiter hunc textum doctores intelligi, quando ille moderamen non servasset: ita Roncaglia, Salmant., etc., ex communi, ex declaratione Sacræ Congregationis, 1 Octob. 1688.»

Después de las anteriores palabras, dice San Ligorio que tampoco incurre en irregularidad el que mata al injusto invasor de un inocente, como dicen Navarro, Suárez, Lesio, etc., y que no se debe oír á los que impugnan esta opinión. La razón es, «quia irregularitas ex homicidio privato non incurritur nisi cum peccato mortali, ut eruitur ex cap. *Ex literis*, primo loco de homicid.;» pero si en la defensa de su propia vida ó en la defensa del inocente, al matar al agresor injusto, se excediese gravemente con culpa mortal el «moderamen inculpatae tutelæ,» el matador incurriría en irregularidad. Es opinión comunísima, como dice San Ligorio, siguiendo á Suárez, Layman y otros muchos, que el Obispo, si el crimen es oculto, puede dispensar en esta irregularidad, porque este homicidio no se reputa voluntario, sino

casual; y en el núm. 395 da la razón: «Quia, cum tale homicidium non fiat ex voluntate absoluta occidendi, non potest dici absolute voluntarium, ut loquitur Tridentinum: ita communissime Navar., Layman, Molina, etc. Valde autem probabiliter censent Roncagl. cum Suarez et Salmant. cum aliis, quod, si quis alterum provocet verbis aut facto, prævidens se facillime aggrediendum, fit irregularis si postmodum ob sui defensionem aggressorem occidit, quia tunc dat operam rei illicitæ proxime periculosæ; secus vero si non prævidet.»

3376. Después pregunta San Ligorio: «Quid dicendum, si quis, accedendo ad uxorem alterius, maritum aggressorem necet? Vide dicta lib. 3, num. 398, v. *In ordine*, ubi diximus adulterum non excusari ab irregularitate, si præviderit proximum periculum invasionis, quia tunc adulterium est proxime periculosum homicidii: secus si caute accesserit, ita ut putaverit periculum esse remotum.»

Con la anterior cuestión está conexa la que después propone San Ligorio en el mismo número con las siguientes palabras: «Quid si vir, cognito adulterio, occiderit uxorem, an adulter fiat irregularis? Eodem modo distinximus, vid. loc. cit. in fin.» (esto es, el lib. 3, núm. 398), donde, resolviendo las dos cuestiones á la vez, dice así:

«Tertia sententia, quam tenent Suar., Laym., Spor., Salmant., etc., distinguit, et dicit quod si adulter, prævidendo invasionem, temere accedat, et illum occidat, tunc fit irregularis; secus si accedat clam, et cum debita cautela, ne à marito inveniat. Et huic sententiæ me adjicio, si periculum invasionis prævideatur proximum et facillimum, ut bene exprimit Roncaglia; quia eo casu adulterium est proxime periculosum homicidii: secus si periculum sit remotum, et adulter caute accedat, juxta